goden. — **129.** alter, nl. Pompeius. — **133.** sui theatri: Pompeius had op den campus Martius een prachtig theater, dat voor 40000 toeschouwers plaats had, laten bouwen en opende het in 55 v. C., toen hij consul was. — **137.** exuvias veteres: in oude tijden was men gewoon na een gewonnen veldslag de wapenen der overwinnaars als een zegeteeken te bevestigen aan den stam of op te hangen aan de takken van een boom in de nabijheid. — populi, de soldaten zonder rang, in tegenstelling met de duces. — **145.** pudor: daarover alleen schaamde hij zich, dat hij niet door in den oorlog te overwinnen, maar op andere wijze, door een verdrag bijv. zou verkrijgen wat hij wilde. — **147.** temerando .. ferro, *er nooit tegen opzien zijn zwaard te ontwijden*, Lat. Gr. § 609. — **149.** impellens = prosternens. — **151.** expressum ventis fulmen, vgl. Manil. I, 99. — **153.** rupitque diem = solis lumen vicit. — **155.** templa, vgl. pag. 10, vs. 7 en 8; hier worden bedoeld de caeli templa of Iovis templa; zóó woedt Caesar tegen zijn vaderland. — **156.** revertens, de ouden meenden dat de bliksem, uit de wolken naar beneden geslagen, ook weer daarheen terugkeerde. Xen. Mem. 4,

Hac ducibus causae; suberant sed publica belli
semina, quae populos semper mersere potentis.
namque ut opes mundo nimias fortuna subacto
intulit et rebus mores cessere secundis,
praedaque et hostiles luxum suasere rapinae:
non auro tectisve modus, mensasque priores
aspernata fames; cultus, gestare decoros
vix nuribus, rapuere mares: fecunda virorum
paupertas fugitur, totoque accersitur orbe,
quo gens quaeque perit. tunc longos iungere fines
agrorum, et quondam duro sulcata Camilli
vomere, et antiquos Curiorum passa ligones
longa sub ignotis extendere rura colonis.
non erat is populus, quem pax tranquilla iuvaret,
quem sua libertas immotis pasceret armis.
inde irae faciles, et, quod suasisset egestas,
vile nefas; magnumque decus ferroque petendum,
plus patria potuisse sua; mensuraque iuris
vis erat, hinc leges et plebis scita coactae,
et cum consulibus turbantes iura tribuni:
hinc rapti fasces pretio, sectorque favoris
ipse sui populus letalisque ambitus urbi,
annua venali referens certamina Campo:
hinc usura vorax, avidumque in tempora faenus,
et concussa fides, et multis utile bellum.
Iam gelidas Caesar cursu superaverat Alpes,
ingentesque animo motus, bellumque futurum
ceperat. ut ventum est parvi Rubiconis ad undas,
ingens visa duci patriae trepidantis imago
clara per obscuram voltu maestissima noctem,

3, 14; Plin. N. H. 5, 143. — **157.** dat stragem, vgl. Lucr. I, 228, pag. 4. — **165.** nuribus: bij dichters is nurus dikwijls *jonge vrouw*, Ovid. Metam. 2, 366. — **168.** Camilli, **169.** Curiorum: Camillus, de veroveraar van Vei en bevrijder uit de macht der Galliërs, en M. Curius Dentatus, bekend uit den oorlog tegen Pyrrhus, bebouwden, zoo als de overlevering zegt, nog zelf hun land. — **170.** longa proleptisch. — sub ignotis colonis: zij strekten hunne akkers zóó ver uit, dat zij ze moesten laten bebouwen door lieden, die ze niet kenden, die geen Romeinen waren. — **175.** plus patria potuisse sua, vgl. Cic. ad Fam. VII, 3, 5: notum tibi omne meum consilium esse volui, ut primum scires me nunquam voluisse plus quemquam posse quam universam rem publicam. — **178.** sector = venditor. „Sectores vocantur, qui publica bona mercantur", nl. om ze in 't klein weder te verkoopen, Gaius Inst. 4, 146; zoo verkocht het volk zijn gunst aan de machtige partijhoofden en hunne vrienden bij de verkiezingen op den Campus Martius. — **181.** in tempora, „gierig op den tijd" (Francken) met het oog op het

turrigero canos effundens vertice crines,
caesarie lacera, nudisque adstare lacertis,
et gemitu permixta loqui: „quo tenditis ultra?
quo fertis mea signa, viri? si iure venitis,
si cives, huc usque licet. tum perculit horror
membra ducis; riguere comae, gressusque coërcens
languor in extrema tenuit vestigia ripa.
mox ait: „o magnae qui moenia prospicis urbis
Tarpeia de rupe, Tonans, Phrygiique penates
gentis Inleae, et rapti secreta Quirini,
et residens celsa Latiaris Iuppiter Alba,
vestalesque foci, summique o numinis instar
Roma, fave coeptis. non te furialibus armis
persequor. en, adsum, victor terraque marique
Caesar, ubique tuus, liceat modo, nunc quoque, miles.
ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hostem."
inde moras solvit belli, tumidumque per amnem
signa tulit propere, sicut squalentibus arvis
aestiferae Libyes viso leo comminus hoste
subsedit dubius, totam dum colligit iram;
mox ubi se saevae stimulavit verbere caudae
erexitque iubam et vasto grave murmur hiatu
infremuit; tum, torta levis si lancea Mauri
haereat, aut latum subeant venabula pectus,
per ferrum tanti securus volneris exit.
Fonte cadit modico parvisque impellitur undis
puniceus Rubicon, cum fervida canduit aestas:
perqae imas serpit valles, et Gallica certus
limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.

---

voortdurend grooter worden van den intrest. — **188.** turrigero .. vertice: vgl. Lucr. II, 606, 607 aant., pag. 16; turris staat in deze samenstelling voor de kanteelen en torens der muren van eene vesting; de gewone naam is corona muralis. Zie Rich sub voce corona 6. — canos noemt de dichter de haren om de eerwaardigheid van het vaderland voor te stellen. — **189.** caesarie: caesaries is een dichterlijk woord en beteekent het hoofdhaar (gewoonlijk van mannen) met het oog op de uitdrukking van kracht en waardigheid; crines is de algemeene naam. 't Wekt hier echter wel eenige bevreemding, dat beide woorden onmiddellijk op elkander volgen. 't Vers wordt reeds aangehaald door Serv. op Aen. VIII, 33. — Vs. 189 schijnt Claudianus voor den geest gestaan te hebben, toen hij schreef de raptu Pros. II, 248. — **196.** Tarpeia de rupe, Tonans: op den Capitolijnschen berg was een tempel, aan Iuppiter Tonans gewijd. — **198.** Latiaris Iuppiter: Iuppiter, als beschermer van den Latijnschen stedenbond werd op den mons Albanus gedurende de Feriae Latinae vereerd, ook nadat Alba Longa reeds verwoest en de Latijnen aan de Romeinen onderworpen waren. —

tunc vires praebebat hiems, atque auxerat undas
tertia iam gravido pluvialis Cynthia cornu,
et madidis Euri resolutae flatibus Alpes.
primus in oblicum sonipes opponitur amnem,
excepturus aquas: molli tum cetera rumpit
turba vado faciles iam fracti fluminis undas.
Caesar ut adversam, superato gurgite, ripam
attigit, Hesperiae vetitis et constitit arvis:
„hic, ait, hic pacem temerataque iura relinquo;
te, Fortuna, sequor; procul hinc iam foedera sunto.
credidimus fatis, utendum est iudice bello."
sic fatus noctis tenebris rapit agmina ductor
impiger. it torto Balearis verbere fundae
ocior et missa Parthi post terga sagitta;
vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes
solis Lucifero fugiebant astra relicto.
iamque dies primos belli visura tumultus
exoritur; seu sponte deum, seu turbidus Auster
impulerat, maestam tenuerunt nubila lucem.
constitit ut capto iussus deponere miles
signa foro, stridor lituum clangorque tubarum
non pia concinuit cum rauco classica cornu.

---

217. hiems: in 't begin van Januari 49 v. Chr. (waarschijnlijk dén 10/11den) trok Caesar over den Rubico. — **218.** Cynthia: Diana—Artemis, naar den berg Cynthus op Delos, waar zij met Apollo geboren werd, hier = Luna. — tertia Cynthia, *de derde maan*, d. i. hier de derde dag na de nieuwe maan. — gravido cornu: wat dit beteekent blijkt het best uit eene plaats van Valerius Flaccus Argon. 2, 56: „micat immutabile caelum puraque nec gravido surrexit Cynthia cornu." Uit de tegenstelling met pura blijkt, dat gravidus hier hetzelfde is als obscurus in de volgende plaats van Verg. Georg. 1, 427: luna, revertentes cum primum colligit ignis, si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu, maximus agricolis pelagoque parabitur imber." De derde dag na de nieuwe maan gaf dus veel regen, wanneer de maan donker opging. — **219.** Alpes: hier de Apennijnen. — **220.** sonipes: *de ruiterij*. — **222.** fracti, zie de aant. op vs. 103. Let op de alliteratio. — **225.** temerataque, nl. door den Senaat. — **229.** Balearis fundae: zooals bekend is waren de Balearen beroemd door de vaardigheid harer bewoners in het gebruik van den slinger. De naam is niet van *βάλλειν* af te leiden, maar waarschijnlijk van Semitischen oorsprong. — verbere: verber beteekent gewoonlijk den riem van den slinger (Verg. Georg. 1, 309); hier neme men het voor *den geslingerden steen*, in overeenstemming met de sagitta van het volgende vers: torto verbere.. missā sagittā. — **230.** Parthi, vgl. pag. 121, vs. 54. — **231.** Ariminum: de eerste stad over den Rubico, aan de Adriatische Zee gelegen. — **238.** concinuit enz., vgl. Lucr. II, vs. 618 en Cat. LXIV, vs. 262—264. concinere cum accus. = una canere, L.

rupta quies populis, stratisque excita iuventus
deripuit sacris adfixa penatibus arma,
quae pax longa dabat; nuda iam crate fluentis
invadunt clupeos, curvataque cuspide pila,
et scabros nigrae morsu rubiginis ensis.

ANTAEUS.

IV, 581—660.

Curio, een onderbevelhebber van Caesar, verneemt in eene streek tusschen Carthago en de aan de andere zijde van het voorgebergte Mercurius gelegen stad Clypea, welk gebied het rijk van Antaeus genoemd werd, van een inlander de sage van den strijd tusschen Hercules en Antaeus.

Non segnior illo
marte fuit, qui tunc Libycis exarsit in arvis.
namque rates audax Lilybaeo littore solvit
Curio: nec forti velis Aquilone recepto
inter semirutas magnae Carthaginis arces
et Clupeam tenuit stationis littora notae
primaque castra locat cano procul aequore, qua se
Bagrada lentus agit, siccae sulcator harenae.
inde petit tumulos exesasque undique rupes,
Antaei quas regna vocat non vana vetustas.
nominis antiqui cupientem noscere causas
cognita per multos docuit rudis incola patres:
„nondum post genitos Tellus effecta gigantas

Gr. § 378. — **239.** excīta, L. Gr. § 295, 6. Aanm. — **241.** pax longa dabat: in vredestijd placht men de wapenen van hen, die uitgediend hadden, in de tempels op te hangen. — nuda crate: het schild bestond gewoonlijk uit een onderlaag van hout of gevlochten teenen (crates) en daarover eenige lagen leer of ook metalen platen. Door ouderdom liet het leer los en werd de onderlaag zichtbaar.

581. Illo marte: in de voorgaande vss. is verhaald hoe Antonius, de legaat van Caesar, te Salonae, op de Dalmatische kust, door de aanhangers van Pompeius belegerd werd. Toen daarop de aanhangers van Caesar uit de belegerde stad trachtten te ontvluchten, gelukte hun dit slechts ten deele, een groot getal vond er den dood. — **588.** Bagrada *(Βαγράδας)*, thans de Megierda, eene rivier in de nabijheid van Utica. — **593.** Tellus: *Γῆ* of *Γαῖα* is in de oude theogonieën de moeder van geweldige reuzen als de Titanen en de Giganten, Typhon (*Τυφών, Τυφωεύς* of

terribilem Libycis partum concepit in antris;
nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
aut Tityos Briareusque ferox, caeloque pepercit,
quod non Phlegraeis Antaeum sustulit arvis.
hoc quoque tam vastas cumulavit munere vires
Terra sui fetus, quod, cum tetigere parentem,
iam defecta vigent revocato robore membra.
haec illi spelunca domus: latuisse sub alta
rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones;
ad somnos non terga ferae praebere cubile
adsuerunt, non silva torum, viresque resumit
in nuda tellure iacens. periere coloni
arvorum Libyae, pereunt quos adpulit aequor,
auxilioque diu virtus non usa cadendi,
terrae spernit opes: invictus robore cunctis,
quamvis staret, erat. tandem vulgata cruenti
fama mali terras monstris aequorque levantem
magnanimum Alciden Libycas excivit in oras.
ille Cleonaei proiecit terga leonis,
Antaeus Libyci; perfundit membra liquore
hospes, Olympiacae servato more palaestrae.
ille parum fidens pedibus contingere matrem,
auxilium membris calidas infudit harenas.
conseruere manus et multo bracchia nexu;

Τυφώς, den vader van de Chimaera, den Nemeïschen leeuw, den adelaar, die Prometheus' lever verscheurde enz.), Tityos (vgl. Lucr. III, 984), de drie *ἑκατόγχειρες*: Briareus (*Βριάρεως* of *Βριαρεύς*: *ἑκατόγχειρον — — ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων*, Il. I, 402), Cottus en Gyes (vgl. pag. 162, vs. 593) en ook van Antaeus, van wien Apollod. II, 5 zegt: *ταύτης (τῆς Λιβύης) ἐβασίλευσε* (ten tijde dat Heracles de appels der Hesperiden ging halen) *παῖς Ποσειδῶνος Ἀνταῖος, ὃς τοὺς ξένους ἀναγκάζων παλαίειν ἀνῄρει. τούτῳ παλαίειν ἀναγκαζόμενος Ἡρακλῆς ἀράμενος ἄμμασι* (met zijne armen omvattende) *μετέωρον κλάσας ἀπέκτεινε. ψαύοντα γὰρ γῆς ἰσχυρότερον συνέβη γίνεσθαι, διὸ καὶ γῆς τινὲς ἔφασαν τοῦτον εἶναι παῖδα.* — **595.** terrarum = orbis terrarum = Telluris. — **596.** caeloque pepercit, namelijk Tellus; indien, wil de dichter zeggen, Tellus Antaeus reeds als zoon gewonnen had, toen de Giganten den hemel bestormden, dan zouden de goden het niet gewonnen hebben in dien strijd. — **597.** Phlegraeis arvis, het westelijkste der drie schiereilanden van Chalcidice, later Pallene genoemd, waar Zeus de Giganten door zijn bliksem verpletterde. — **601.** haec wijst terug op vs. 594. — **611.** Alciden, den kleinzoon van Alcaeus, d. i. Hercules. — **612.** Cleonaei: Cleonae, eene stad in Argolis, aan den weg van Argos naar Corinthe, in wier nabijheid Nemea lag, dat eigenlijk geene stad was: hier wordt dus de Nemeïsche leeuw bedoeld, door Hercules verslagen. — **613.** perfundit liquore, namelijk *zalf* of *olie*, zooals de worstelaars in de Olympische spelen plachten te doen. —

colla diu gravibus frustra tentata lacertis:
immotumque caput fixa cum fronte tenetur;
miranturque habuisse parem. nec viribus uti
Alcides primo voluit certamine totis
exhausitque virum, quod creber anhelitus illi
prodidit et gelidus fesso de corpore sudor.
tunc cervix lassata quati, tunc pectore pectus
urgeri: tunc obliqua percussa labare
crura manu. iam terga viri cedentia victor
implicat et medium compressis ilibus artat
inguinaque insertis pedibus distendit et omnem
explicuit per membra virum. rapit arida tellus
sudorem: calido complentur sanguine venae,
intumuere tori, totosque induruit artus
Herculeosque novo laxavit corpore nodos.
constitit Alcides stupefactus robore tanto,
nec sic Inachiis, quamvis rudis esset, in undis
desectam timuit reparatis anguibus hydram.
conflixere pares, telluris viribus ille,
ille suis. numquam saevae sperare novercae
plus licuit. videt exhaustos sudoribus artus
cervicemque viri siccam, cum ferret Olympum.
utque iterum fessis iniecit bracchia membris,
non exspectatis Antaeus viribus hostis
sponte cadit maiorque accepto robore surgit.
quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
egeritur, tellusque viro luctante laborat.
ut tandem auxilium tactae prodesse parentis

---

622. illi, namelijk Hercules. — **627.** implicat: de handschriften hebben adligat. Francken verandert ADLIGAT in IPLICAT. Terecht. Immers alligare kan gezegd worden van handen en voeten die geboeid, van wonden, die verbonden worden enz., maar bezwaarlijk, zooals hier, van den rug; vgl. vooral vs. 628: „omnem .. virum". Klaarblijkelijk slaat Hercules zijne armen om Antaeus' rug, dat is implicat nl. brachiis. Vgl. Ovid. Metam. 4, 364, waar een adelaar een slang vasthoudt: „pendens caput illa (de slang) pedesque adligat et cauda spatiantes implicat alas", en kort te voren vs. 362 wordt gezegd, dat Phoebus de nymph Salmacis „nitentem contra elabique volentem implicat". — **634.** Inachiis undis: d.i. de wateren van Lerna, ten zuiden van Argos (waar Inachus, de vader van Io, koning was), waar de Lernaeische slang of hydra zich ophield, die Hercules doodde. Het was een monster met vele (9, 100, 10.000) hoofden: wanneer Hercules er een van deze afgeslagen had, ontstonden er in de plaats daarvan twee andere. Eerst toen hij de halzen, waarop de afgeslagen hoofden gezeten hadden, met gloeiende boomstammen verschroeide, kon hij het monster overwinnen. — **637.** saevae novercae, Iuno of Hera, die uit jaloerschheid Hercules, den zoon van

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Alcides sensit: „standum est tibi," dixit, „et ultra
non credere solo, sternique vetabere terra.
haerebis pressis intra mea pectora membris:
huc, Antaee, cades." sic fatus sustulit alte
nitentem in terras iuvenem. morientis in artus
non potuit nati Tellus permittere vires:
Alcides medio tenuit iam pectora pigro
stricta gelu terrisque diu non credidit hostem.
hinc aevi veteris custos, famosa vetustas,
miratrixque sui signavit nomine terras.
sed maiora dedit cognomina collibus istis,
Poenum qui Latiis revocavit ab arcibus hostem,
Scipio. nam sedes Libyca tellure potito
haec fuit. en, veteris cernis vestigia valli;
Romana hos primum tenuit victoria campos."

CATO UTICENSIS.

IX, 498—604.

Na den dood van Pompeius begaf Cato van Utica, de achterkleinzoon van Cato maior, zich met het leger, dat hij na den slag bij Pharsālus uit de overgebleven benden gevormd had, naar Cyrene in Africa en voerde van daar zijn leger door de Lybische woestijn, waar het door hitte, dorst en uitputting schrikkelijk leed, maar door Cato's voorbeeld voor wanhoop bewaard werd.

Utque calor solvit, quem torserat aëra ventus,
incensusque dies, manent sudoribus artus,
arent ora siti: conspecta est parva maligna
unda procul vena, quam vix e pulvere miles
corripiens patulum galeae confudit in orbem
porrexitque duci. squalebant pulvere fauces

Zeus en Alcmene, vijandig was. — **647.** terra: vgl. Liv. 23, 40, 2: ut terrā rem gereret. Vele handschriften hebben terrae, dat de meer gewone vorm is, maar de beste codex heeft terra. Alle codd. hebben terrae I, 607: „colligit et terrae.. condit.". — **649.** huc cades: gij zult niet wederom op den grond vallen, maar hierheen, aan mijne borst, tusschen mijne armen. — **651.** permittere, *laten toevloeien.* — **652.** medio, *in 't midden*, nl. tusschen hemel en aarde, in de lucht, verklaard door 't volgende terrisque non credidit hostem.

498. ventus: vooraf gaat de beschrijving van een storm — **500.** maligna vena: *met schrale ader*, d. i. met weinig toevoer uit een bron. — **503.** duci, nl. Cato. — **505.** degener.. miles zegt Cato tot den

cunctorum, minimumque tenens dux ipse liquoris
invidiosus erat. „mene, inquit, degener unum
miles in hac turba vacuum virtute putasti?
usque adeo mollis primisque caloribus impar
sum visus? quanto poena tu dignior ista es,
qui populo sitiente bibas!" sic concitus ira
excussit galeam, suffecitque omnibus unda.
Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum
inculti Garamantes habent, stat sortiger istic
Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,
aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
non illic Libycae posuerunt ditia gentes
templa: nec Eois splendent donaria gemmis. —
quamvis Aethiopum populis Arabumque beatis
gentibus atque Indis unus sit Iuppiter Hammon,
pauper adhuc deus est, nullis violata per aevum
divitiis delubra tenens, morumque priorum
numen Romano templum defendit ab auro.
esse locis superos testatur silva, per omnem
sola virens Libyen. nam quidquid pulvere sicco
separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
ignorat frondes: solus nemus abstulit Hammon.
silvarum fons causa loco, qui putria terrae
adligat et domitas unda connectit arenas.

---

soldaat, die hem het water bracht. — **512.** Garamantes: in de oasen der woestijn, die wij met een Arabischen naam Sahara noemen, woonden twee volken: westelijk de Gaetūli, oostelijk de Garamantes. — **514.** Hammon of Ammon (Aegypt. Amon of Amen, volgens Manetho „de verborgene"), oorspronkelijk in Thebae in Opper-Aeg. vereerd, had een beroemd orakel in de Libysche woestijn, in de oase Ammonium (Siwa). De god werd voorgesteld met den kop van een ram. Door de Gr. werd hij met Zeus, door de Rom. met Iuppiter vereenzelvigd. De Latijnsche spelling van den naam, met H, schijnt een gevolg te wezen van de versmelting van den dienst van Ammon, met dien van een phoenicischen god Baal chamman, die in het Karthaagsche gebied ijverig vereerd werd. — **517.** Aethiopum, Arabum, Indis: dat Ammon door deze volken vereerd zou zijn is eene vinding der Grieken, die is opgekomen door den tocht van Alexander den Groote. — **524.** Berenicida: Berenicis *(Βερνικίς)* is een jongere en dichterlijke vorm voor Berenice, vroeger Euhesperidae genoemd, eene stad in Cyrenaica, op de Oostkust van de groote Syrtis gelegen en genoemd naar Berenice, de vrouw van Ptolomaeus III Euergetes. — Lepti: ongeveer in 't midden tusschen de beide Syrten lag de stad Leptis (magna). — **525.** Hammon: de oase van Ammon, door de Grieken Ammonion genoemd, lag niet, zooals men uit deze plaats opmaken zou, tusschen Berenice en Leptis, maar verder oostwaarts, naar Aegypte toe, in het landschap Marmarica. — **528—543.** Deze vss., hier weggelaten, be-

Stabant ante fores populi, quos miserat Eos,
cornigerique Iovis monitu nova fata petebant;
sed Latio cessere duci, comitesque Catonem
orant, exploret Libycum memorata per orbem
numina, de fama tam longi iudicet aevi.
maximus hortator scrutandi voce deorum
eventus Labienus erat. „fors obtulit, inquit,
et Fortuna viae tam magni numinis ora
consiliumque dei: tanto duce possumus uti
per Syrtes, bellisque datos cognoscere casus.
nam cui crediderim superos arcana daturos
dicturosque magis quam sancto vera Catoni?
certe vita tibi semper directa supernas
ad leges sequerisque deum. datur, ecce, loquendi
cum Iove libertas: inquire in fata nefandi
Caesaris et patriae venturos excute mores:
iure suo populis uti legumque licebit,
an bellum civile perit? tua pectora sacra
voce reple: durae semper virtutis amator
quaere: quid est virtus? et posce exemplar honesti."
Ille deo plenus, tacita quem mente gerebat,
effudit dignas adytis e pectore voces:
„quid quaeri, Labiene, iubes? an liber in armis
occubuisse velim potius, quam regna videre?
an sit vita nihil, vel longa? an differat aetas?
an noceat vis ulla bono? fortunaque perdat
opposita virtute minas? laudandaque velle
sit satis, et numquam successu crescat honestum?
scimus, et hoc nobis non altius inseret Hammon.
haeremus cuncti superis, temploque tacente
nil facimus non sponte dei: nec vocibus ullis
numen eget, dixitque semel nascentibus auctor
quidquid scire licet, steriles nec legit arenas,

---

vatten slechts eene overtollige en onjuiste astronomische plaatsbepaling van dit deel van Africa. — **550.** Labienus, de bekende legaat van Caesar, later tot de partij van Pompeius overgegaan. — **559.** mores beteekent niet alleen *zeden en gebruiken*, maar ook *verhoudingen*. — **560.** legum: ius legum is eene uitdrukking, die ook bij Cic. meer dan eens voorkomt. — **561.** perit, *is vruchteloos;* in zooverre wij meenden door den burgeroorlog de vrijheid te zullen herwinnen. — **565.** adytis = oraculis, cf. Lucr. I, 727: ex adyto tamquam cordis responsa dedere. — **567.** regna = tyrannidem. — **568—571.** Spreuken der Stoïcijnen: het leven is niets, zelfs een lang leven niet; ouderdom maakt geen verschil; haec vita mors est: Cic. Disp. T. 1, 75. — Nec (Stoicis videtur) magis expetenda beata vita, si sit longa, quam si brevis. Cic. de fin. 3, 46. — **573.** haeremus, *wij zijn in de nabijheid.* — **576.** steriles..arenas:

ut caneret paucis, mersitque hoc pulvere verum;
estque dei sedes, nisi terra, et pontus, et aer,
et caelum, et virtus. superos quid quaerimus ultra?
Iuppiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.
sortilegis egeant dubii semperque futuris
casibus ancipites: me non oracula certum,
sed mors certa facit: pavido fortique cadendum est.
hoc satis est dixisse Iovem." sic ille profatus
servataque fide, templi discedit ab aris,
non exploratum populis Hammona relinquens.
Ipse manu sua pila gerit, praecedit anheli
militis ora pedes; monstrat tolerare vapores,
non iubet, et nulla vehitur cervice supinus
carpentoque sedens; somni parcissimus ipse est,
ultimus haustor aquae. cum tandem fonte reperto
indiga cogatur laticis certare iuventus,
stat, dum lixa bibat. si veris magna paratur
fama bonis et si successu nuda remoto
inspicitur virtus, quidquid laudamus in ullo
maiorum, fortuna fuit. quis Marte secundo,
quis tantum meruit populorum sanguine nomen?
hunc ego per Syrtes Libyaeque extrema triumphum
ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
scandere Pompei, quam frangere colla Iugurthae.
ecce parens verus patriae, dignissimus aris,
Roma, tuis, per quem numquam iurare pudebit,
et quem, si steteris umquam cervice soluta,
tunc olim factura deum es.

---

het onvruchtbare zand, nl. deze woestijn. De Godheid heeft deze woestijn niet uitverkoren om aan weinigen zijn wil bekend te maken, zij heeft de waarheid niet hier begraven in het stof; zij is overal. De leer der Stoïcijnen is pantheïstisch. „Ihre ganze Weltanschauung geht von der Betrachtung des göttlichen Wesens aus, das alle endlichen Wesen aus sich erzeugt und in sich umschliesst, das sie mit seiner Kraft durchdringt, mit seinem unabänderlichen Gesetze beherrscht, und so in ihnen allen nur sich selbst zur Erscheinung bringt." Zeller, Gesch. der Gr. Phil. III, 1³, pag. 309. — **585.** servataque fide: *terwijl hij het geloof* (in hetgeen gezegd werd van het orakel van Ammon) *ongeschokt liet.* Hij onderzocht niet of het waar was, maar hij voor zich had het orakel niet noodig. De Stoïcijnen handhaafden zooveel mogelijk den volksgodsdienst. — **596.** fortuna fuit: bij Cato was het de ware virtus, bij de voorouders slechts de fortuin. — **600.** Capitolia scandere: de triumphtocht ging tot op het Capitool; Cato's tocht door de woestijn was voor den dichter een hoogere triumphtocht. Pompeius hield driemaal eenen triumphtocht, den laatsten in 61 v. Chr., toen hij op eenen met edelsteenen versierden wagen reed. — **603.** cervice soluta, *wanneer het juk van uwen hals genomen zal zijn.*

M. VALERIUS MARTIALIS

GEB. OMSTREEKS 40, GEST. RUIM 100 NA CHR.

EPIGRAMMATON

Libr. I, 8.

Quod magni Thraseae consummatique Catonis
dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis,
pectore nec nudo strictos incurris in enses,
quod fecisse velim te, Deciane, facis.

Martialis gebruikt de volgende metra:

1°. De elegische maat. I, 8, 13, 16, 18, 39, 47, 56, 88, 97 enz.

2°. den Scazon *(σκάζων)*, een senarius iambicus waarvan de laatste voet geen iambus, maar een spondeus of trochaeus is.

Meestal is ook in den eersten of in den derden voet een spondeus, maar nooit in den vijfden voet, zooals bij de Grieken.

Eenen dactylus vindt men dikwijls in den eersten en in den derden voet. De anapaest komt alleen in den eersten voet voor.

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏒

– – – –

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

⏑ ⏑ –

I, 10; II, 11, 65; III, 44; XII, 10;

3°. den phalaecischen hendecasyllabus; zie de aanteekening op Catullus III.

I, 117; III, 35; IV, 21; V, 73; VIII, 76; X, 47; XI, 35.

I, 8. 1. Thraseae: Thrasea Paetus, een senator ten tijde van Nero, een vriend en bloedverwant van den dichter Persius en evenals deze tot de Stoïcijnen behoorende, werd door zijne vijanden bij Nero aangeklaagd en ter dood veroordeeld. Daar men hem de keuze overliet op welke wijze hij wilde sterven, liet hij zich de aderen openen, Tacit. Ann. 16, 33. Cato de jongere (Uticensis), die zich zelf het leven benomen had om den ondergang der Republiek niet te beleven (46 v. Chr.), was in eene lofrede door Thrasea verheerlijkt. — consummatique: consummatus = perfectus (*ideaal*), wordt van personen dikwijls bij Quintilianus gebruikt; consummare komt bij Cicero nog niet voor,

5 nolo virum facili redimit qui sanguine famam,
hunc volo, laudari qui sine morte potest.

I, 10.

Petit Gemellus nuptias Maronillae
et cupit et instat et precatur et donat.
adeone pulchra est? immo foedius nil est.
quid ergo in illa petitur et placet? tussit.

I, 13.

Casta suo gladium cum traderet Arria Paeto,
quem de visceribus strinxerat ipsa suis,
„si qua fides, vulnus quod feci non dolet," inquit;
„sed quod tu facies, hoc mihi, Paete, dolet."

I, 16.

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura
quae legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

I, 18.

Quid te, Tucca, iuvat vetulo miscere Falerno
in Vaticanis condita musta cadis?
quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
aut quid fecerunt optima vina mali?

---

wel bij Livius. — **4.** Deciane, een vriend en landgenoot van Martialis, een Stoïcijn. — **5.** facili, *gemakkelijk vergoten.*

I, 10. **1.** Gemellus (waarvoor in even goede handschriften ook Venustus staat) en Maronilla zijn overigens onbekend. — **4.** tussit, zoodat ze wel spoedig sterven zal en Gemellus dus haar erfgenaam zal zijn.

I, 13. **1.** Arria: Caecina Paetus was onder keizer Claudius ter dood veroordeeld. Daar hij aarzelde zich zelven te dooden, nam zijne vrouw Arria een dolk, stiet zich dien in de borst en reikte hem over aan haar man met de woorden: Paete, non dolet, Plin. Ep. 3, 16, 6.

I, 16. **2.** Avite: L. Stertinius Avitus, consul in het jaar 92, was een beschermer van Martialis.

I, 18. **1.** Tucca, een gefingeerde naam. — Falerno, vgl. pag. 128, vs. 73 en pag. 93, vs. 27 en 28; de wijn van den Vaticanus was slecht: Vaticani perfida vappa cadi, XII, 48, 14. — **2.** Vaticanis: de tweede lettergreep is bij Horatius kort, bij Martialis en Iuvenalis lang. —

de nobis facile est: scelus est iugulare Falernum
et dare Campano toxica saeva cado.
convivae meruere tui fortasse perire:
amphora non meruit tam pretiosa mori.

I, 39.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
quales prisca fides famaque novit anus,
si quis Cecropiae madidus Latiaeque Minervae
artibus et vera simplicitate bonus,
si quis erit recti custos, mirator honesti
et nihil arcano qui roget ore deos,
si quis erit magnae subnixus robore mentis:
dispeream, si non hic Decianus erit.

I, 47.

Nuper erat medicus, nunc est vispillo Diaulus:
quod vispillo facit, fecerat et medicus.

I, 56.

Continuis vexata madet vindemia nimbis:
non potes, ut cupias, vendere, copo, merum.

I, 88.

Alcime, quem raptum domino crescentibus annis
Lavicana levi caespite velat humus,
accipe non Pario nutantia pondera saxo,
quae cineri vanus dat ruitura labor,

---

5. de nobis, uwe gasten; *wat ons betreft gaat het gemakkelijk* (*dat is minder*, Prop. III, 30, 21: de me minus est), maar enz.

I, 39. **2.** fama .. anus: zoo wordt anus dikwijls als adjectief gebruikt, evenals senex voor 't masculinum; charta anus Catull. 68, 46; senem cadum Mart. 11, 36, 6. — **3.** madidus, imbutus, eruditus Graecis et Latinis litteris. — **8.** Decianus, vgl. I, 8, 4.

I, 47. **1.** vispillo, ook vespillo, *lijkbezorger*. In 't Corp. Iur. vindt men ook vispellio. — Diaulus is een gefingeerde naam.

I, 88. **1.** Alcime: Alcimus was een jong gestorven slaaf van Martialis. — **2.** Lavicana of Labicana, van Labici, naam van eene stad in Latium, tegenwoordig la Colonna genoemd. Aan de via Lavicana, van

sed faciles buxos et opacas palmitis umbras
quaeque virent lacrimis roscida prata mais
accipe, care puer, nostri monumenta doloris:
hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
cum mihi supremos Lachesis perneverit annos,
non aliter cineres mando iacere meos.

I, 97.

Cum clamant omnes, loqueris tunc, Naevole, tantum,
et te patronum causidicumque putas.
hac ratione potest nemo non esse disertus.
ecce, tacent omnes: Naevole, dic aliquid.

I, 117.

Occurris quotiens, Luperce, nobis:
„vis mittam puerum" subinde dicis,
„cui tradas epigrammaton libellum,
lectum quem tibi protinus remittam?"
non est quod puerum, Luperce, vexes.
longum est, si velit ad Pirum venire,
et scalis habito tribus, sed altis.
quod quaeris propius petas licebit.
Argi nempe soles subire letum:
contra Caesaris est forum taberna
scriptis postibus hinc et inde totis,
omnes ut cito perlegas poetas.
illinc me pete, nec roges Atrectum, —

Rome naar Labici, was Alcimus begraven. — **9.** Lachesis, eene der drie Parcae, die den levensdraad spon.

I, 97. **1.** Naevolus is een gefingeerde naam.

I, 117. **1.** Luperce, iemand, die gaarne de puntdichten van Martialis las, maar ze liever niet kocht, zoo als er meer door hem genoemd worden, vgl. IV, 72. — **6.** ad Pirum, „*in de Peer*", op den westelijken rand van den Quirinalis; daar woonde Martialis 3 hoog op kamers. Elders (V, 22, 3) zegt hij: „sed Tiburtinae sum proximus accola pilae". — **9.** Argi..letum, bij wijze van tmesis voor Argiletum, waar de uitgever van Martialis' Epigrammen, Atrectus (vs. 13), woonde, vgl. het 3e epigr., waar de dichter tot zijn boek zegt: „Argiletanas mavis habitare tabernas", dan bij mij in mijne kast te liggen. — **10.** Caesaris..forum, het Forum Iulium pag. 178, vs. 10. — **11.** De boekwinkels waren aan de posten met opgaven van boeken, die te koop waren, bedekt. — **13.** nec

hoc nomen dominus gerit tabernae, —
de primo dabit alterove nido
rasum pumice purpuraque cultum
denaris tibi quinque Martialem.
„tanti non es" ais? — sapis, Luperce.

II, 5.

Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus
et tecum totis noctibus esse velim.
sed duo sunt quae nos disiungunt milia passum:
quattuor haec fiunt, cum rediturus eam.
saepe domi non es, cum sis quoque, saepe negaris.
vel tantum causis vel tibi saepe vacas.
te tamen ut videam, duo milia non piget ire,
ut te non videam, quattuor ire piget.

II, 7.

Declamas belle, causas agis, Attice, belle,
historias bellas, carmina bella facis,
componis belle mimos, epigrammata belle,
bellus grammaticus, bellus es astrologus,
et belle cantas et saltas, Attice, belle,
bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.
nil bene cum facias, facias tamen omnia belle,
vis dicam quid sis? magnus es ardalio.

---

roges, *maar bedel er niet om;* hij kon bij den uitgever wel eens gaan bedelen, zooals hij het ook bij den schrijver deed. Vgl. Cic. Phil. 2, 76: „tum, cum consulatus petebatur, non rogabatur." — **15.** nido, *vak* in de boekenkast. — **16.** rasum pumice: vgl. pag. 60 onder vs. 8. — **17.** denaris quinque, ruim twee gulden.

II, 5. **1.** Deciane, vgl. het 8ste epigr. van 't eerste boek. — **3.** passum, door synizese voor passuum, Lat. Gr. § 86. A. 3.

II, 7. **1.** Attice, hier een gefingeerde naam. — **3.** mimos, *kluchten*, als een naspel (exodium) bij de dramata gegeven en alleen bestemd om den lachlust der toeschouwers op te wekken. — **4.** astrologus: astronoom, in zooverre hij met den loop der sterren en hun op- en ondergang goed bekend was, wat bij het lezen van dichters als Aratus en anderen, goed te pas kwam, waarom men de astronomie dan ook leerde in de scholen der grammatici. — **8.** ardalio of ardelio: *druktemaker*, een slag van lieden, dat veel drukte maakte en niets uitvoerde. Eene aardige teekening van zulke menschen geeft Seneca de tranq. an. 12 § 2—4.

II, 11.

Quod fronte Selium nubila vides, Rufe,
quod ambulator porticum terit seram,
lugubre quiddam quod tacet piger vultus,
quod paene terram nasus indecens tangit,
quod dextra pectus pulsat et comam vellit:
non ille amici fata luget aut fratris,
uterque natus vivit et precor vivat,
salva est et uxor sarcinaeque servique,
nihil colonus vilicusque decoxit.
maeroris igitur causa quae? — domi cenat.

II, 20.

Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus.
nam quod emas, possis iure vocare tuum.

II, 65.

Cur tristiorem cernimus Saleianum?
„an causa levis est?" inquit, „extuli uxorem."
o grande fati crimen! o gravem casum!
illa, illa dives mortua est Secundilla,
centena deciens quae tibi dedit dotis?
nollem accidisset hoc tibi, Saleiane.

III, 35.

Artis Phidiacae toreuma clarum
pisces aspicis: adde aquam, natabunt.

II, 11. **l.** Selium: Selius is de gefingeerde naam voor een tafelschuimer. — Rufe, waarschijnlijk Canius Rufus uit Gades, een dichter en schrijver van naam, I, 61, 9. — **2.** porticum terit, *loopt de gallerijen plat;* wanneer het dagwerk afgeloopen en de tijd voor het middagmaal nog niet aangebroken was, ging men veelal wandelen in den Campus Martius, die van zuilengangen omringd was; daarheen begaven zich dan zulke menschen, die jacht maakten op eene uitnoodiging aan tafel. — **9.** colonus: de (vrije) huurder of pachter; vilicus, de (niet vrije) meier of bestuurder van een landgoed.

II, 20. Op iemand die onuitgegeven gedichten voor goed geld van een dichter koopt en als de zijne voordraagt.

II, 65. **l.** Saleianus is een gefingeerde naam. — **5.** centena deciens: hier is alleen milia (sestertium) weggelaten; ongeveer *f* 100.000. Vgl. Hor. Sat. I, 3, 15: deciens centena dedisses. Lat. Gr. § 155. Aanm.

III, 35. **l.** toreuma, waarschijnlijk een schaal of schotel van metaal,

III, 41.

Inserta phialae Mentoris manu ducta
lacerta vivit et timetur argentum.

IV, 21.

Nullos esse deos, inane caelum
affirmat Segius probatque, quod se
factum, dum negat hoc, videt beatum.

IV, 41.

Quid recitaturus circumdas vellera collo?
conveniant nostris auribus ista magis.

V, 13.

Sum, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
sed non obscurus nec male notus eques,
sed toto legor orbe frequens et dicitur „hic est",
quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
at tua centenis incumbunt tecta columnis
et libertinas arca flagellat opes,
magnaque Niliacae servit tibi gleba Syenes,
tondet et innumeros Gallica Parma greges.
hoc ego tuque sumus: sed quod sum, non potes esse:
tu quod es, e populo quilibet esse potest.

---

waarop in *drijfwerk* visschen waren voorgesteld. — Phidiacae bewijst niet dat Martialis dacht aan een eigen werk van Phidias.

III, 41. **1.** Mentŏris: Mentor, een kunstenaar, beroemd door zijn gedreven kunstwerken, leefde in de 1ste helft van de 4de eeuw v. Chr.

IV, 41. **1.** vellera: de spreker, die een voordracht gaat houden, heeft een *wollen das* om den hals gedaan, omdat hij verkouden is.

V, 13. **2.** eques: naar den census was Martialis geen ridder, maar Domitianus had hem onder anderen (zoo als het ius trium liberorum, vgl. pag. 131, vs. 71) het recht geschonken om in het theater op de plaats der equites te zitten, vgl. III, 95. — **4.** cinis = mors. — **6.** libertinas..opes: de rijkdom der vrijgelatenen was spreekwoordelijk. — flagellat, *zweept op*, *drijft op:* het kapitaal wordt opgezweept om telkens meer winst te geven. — **7.** Syenes: tot aan het uiterste van het Romeinsche gebied, Syene in Aegypte, heeft hij zijne vruchtbare akkers. — **8.** Parma in Gallia Citerior leverde fijne wol op.

V, 42.

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
prosternet patrios impia flamma lares:
debitor usuram pariter sortemque negabit,
non reddet sterilis semina iacta seges:
dispensatorem fallax spoliabit amica,
mercibus extructas obruet unda rates.
extra fortunam est, si quid donatur amicis:
quas dederis, solas semper habebis opes.

V, 58.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.
dic mihi, cras istud, Postume. quando venit?
quam longe est cras istud? ubi est? aut unde petendum?
numquid apud Parthos Armeniosque latet?
iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.
cras istud quanti, dic mihi, possit emi?
cras vives? hodie iam vivere, Postume, serum est:
ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

V, 73.

Non donem tibi cur meos libellos
oranti totiens et exigenti,
miraris, Theodore? magna causa est:
dones tu mihi ne tuos libellos.

V, 76.

Profecit poto Mithridates saepe veneno,
toxica ne possent saeva nocere sibi.

V, 42. 3. sortemque: *het* op rente uitgezette *kapitaal.*

V, 58. 1. Postume: den naam Postumus, voor iemand, die niet bij het heden wil leven, maar het goede altoos van de toekomst verwacht, schijnt Martialis gekozen te hebben naar aanleiding van Horat. Carm. II, 14: „Eheu fugaces Postume, Postume" cett.

V, 73. 3. Theodore: een gefingeerde naam.

V, 76. 1. Mithridates: van dezen bekenden Pontischen koning werd verhaald, dat hij, om niet aan het gevaar blootgesteld te zijn van vergeven te worden, zich aan vergift gewende door met een weinigje be-

tu quoque cavisti cenando tam male semper,
ne posses unquam, Cinna, perire fame.

VI, 48.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata,
non tu, Pomponi, cena diserta tua est.

VI, 61.

Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos,
meque sinus omnis, me manus omnis habet.
ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.
hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

VII, 25.

Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper
et cerussata candidiora cute,
nullaque mica salis nec amari fellis in illis
gutta sit, o demens, vis tamen illa legi!
nec cibus ipse iuvat morsu fraudatus aceti,
nec grata est facies, cui gelasinus abest.
infanti melimela dato fatuasque mariscas:
nam mihi, quae novit pungere, Chia sapit.

VII, 77.

Exigis ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.
non faciam: nam vis vendere, non legere.

---

ginnende, telkens iets meer te nemen, Plinius XXV, 2. — **4.** Cinna: wederom een gefingeerde naam.

VI, 48. **1.** grande sophos: *σοφῶς = εὖγε*, bijvalsbetuigingen, zooals wij met een Italiaanschen term roepen bravo! Vgl. II, 11, 10. — **2.** Pomponi: een gefingeerde naam. — cena, met nadruk tegenover tu.

VI, 61. **2.** sinūs omnīs: 't werkwoord is geattraheerd aan 't laatste object.

VII, 25. **2.** cerussata: cerussa, *loodwit* werd gebruikt voor *blanketsel*. — **6.** gelasīnus van *γελάω, kuiltje in de wangen* bij het lachen. — **7.** melimela: melimēlum, *μελίμηλον, honigappel*, onze *kwee*, kweepeer, nog over in 't Portugeesch marmēlo, waarvan marmelade. — marisca, een soort van groote, maar *slechte vijgen*. — **8.** Chia, scil. ficus, bekend door haren scherpen prikkelenden smaak.

VII, 77. **1.** Tucca, zie I, 18.

VIII, 73.

Instanti, quo nec sincerior alter habetur
pectore, nec nivea simplicitate prior,
si dare vis nostrae vires animosque Thaliae
et victura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti;
ingenium Galli pulchra Lycoris erat;
fama est arguti Nemesis formosa Tibulli;
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi:
non me Paeligni nec spernet Mantua vatem
si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

VIII, 76.

„Dic verum mihi, Marce, dic amabo;
nil est, quod magis audiam libenter."
sic et cum recitas tuos libellos,
et causam quotiens agis clientis,
oras, Gallice, me rogasque semper.
durum est me tibi, quod petis, negare.
vero verius ergo quid sit, audi:
verum, Gallice, non libenter audis.

IX, 46.

Gellius aedificat semper: modo limina ponit,
nunc foribus claves aptat emitque seras;
nunc has, nunc illas reficit mutatque fenestras,
dum tantum aedificet. quidlibet ille facit,

VIII, 73. **l.** Instanti: Instantius Rufus, stadhouder van Baetica. — **5.** Cynthia, zie Prop. I, 7, 11 (pag. 102). — **6.** Galli, vgl. pag. 175, vs. 53. — **7.** Nemesis, vgl. pag. 145, vs. 31. — **8.** Lesbia, zie Cat. III, inl. — **9.** Paeligni, vgl. p. 142, vs. 1 en pag. 181, vs. 49. — Mantua, de geboorteplaats van Vergilius, eigenlijk Andes in de nabijheid van Mantua. — **10.** Corinna, vgl. pag. 140, vs. 8. — Alexis, een schoone jonge slaaf, dien, naar men beweerde, Maecenas aan Vergilius geschonken had.

VIII, 76. **l.** Marce: Marcus is de voornaam van den dichter. — **5.** Gallice: een gefingeerde naam.

IX, 46. **l.** Gellius: een gefingeerde naam.

oranti nummos ut dicere possit amico
unum illud verbum Gellius „aedifico".

IX, 70.

Dixerat „o mores! o tempora!" Tullius olim,
sacrilegum strueret cum Catilina nefas,
cum gener atque socer diris concurreret armis
maestaque civili caede maderet humus.
cur nunc „o mores!" cur nunc „o tempora!" dicis?
quod tibi non placeat, Caeciliane, quid est?
nulla ducum feritas, nulla est insania ferri;
pace frui certa laetitiaque licet.
non nostri faciunt, tibi quod tua tempora sordent,
sed faciunt mores, Caeciliane, tui.

IX, 97.

Rumpitur invidia quidam, carissime Iuli,
quod me Roma legit, rumpitur invidia.
rumpitur invidia, quod turba semper in omni
monstramur digito, rumpitur invidia.
rumpitur invidia, tribuit quod Caesar uterque
ius mihi natorum, rumpitur invidia.
rumpitur invidia, quod rus mihi dulce sub urbe est
parvaque in urbe domus, rumpitur invidia.
rumpitur invidia, quod sum iucundus amicis,
quod conviva frequens, rumpitur invidia.
rumpitur invidia, quod amamur quodque probamur:
rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

X, 23.

Iam numerat placido felix Antonius aevo
quindecies actas Primus Olympiadas

IX, 70. **l.** o mores! o tempora! Cic. in Catil. Orat. I, 1, 2: o tempora! o mores! senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. — **6.** Caeciliane: een gefingeerde naam.

IX, 97. **l.** Iuli: waarschijnlijk Iulius Martialis, een vriend van den dichter. — **6.** ius natorum, het ius trium liberorum (vgl. pag. 132, vs. 61), door Titus en Domitianus aan Martialis verleend.

praeteritosque dies et totos respicit annos,
nec metuit Lethes iam propioris aquas.
nulla recordanti lux est ingrata gravisque:
nulla fuit, cuius non meminisse velit.
ampliat aetatis spatium sibi vir bonus: hoc est
vivere bis, vita posse priore frui.

X, 47.

Vitam quae faciant beatiorem,
iucundissime Martialis, haec sunt:
res non parta labore, sed relicta;
non ingratus ager, focus perennis;
lis nunquam, toga rara, mens quieta;
vires ingenuae, salubre corpus;
prudens simplicitas, pares amici;
convictus facilis, sine arte mensa;
nox non ebria, sed soluta curis;
non tristis torus, et tamen pudicus;
somnus, qui faciat breves tenebras:
quod sis, esse velis nihilque malis;
summum nec metuas diem nec optes.

XI, 35.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
quare non veniam vocatus a te,
miraris quererisque litigasque?
solus ceno, Fabulle, non libenter.

X, 23. **1.** Antonius: Marcus Antonius Primus uit Tolosa in Gallië (IX, 99, 3), een vriend, wiens deugden Martialis meermalen (X, 32) uitbundig roemt. — **2.** Olympiadas: hier een tijdperk van vijf jaren. Zie Trist. 4, 10, 95 (pag. 176).

X, 47. **2.** Martialis: Iulius Martialis, een vriend van den dichter. Zie IX, 97, 1. — **3.** Hier bewijst Martialis, dat hij een kind van zijn tijd is. Een vermogen door arbeid verkregen moet hooger gesteld worden dan eene erfenis. — **5.** toga rara: zelden als cliënt zijnen patroon de verschuldigde eer gaan bewijzen, waarbij men altijd de toga aantrok. — **6.** ingenuae: niet zooals een slaaf, maar als een vrij man die niet behoeft te werken. — **9.** nox, *avond.*

XI, 35. **4.** solus: onder zooveel onbekenden gevoelt men zich natuurlijk eenzaam. — **4.** Fabulle: een gefingeerde naam.

XII, 10.

Habet Africanus milies, tamen captat:
fortuna multis dat nimis, satis nulli.

XII, 92.

Saepe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus,
si fiam locuples simque repente potens.
quemquam posse putas mores narrare futuros?
dic mihi: si fias tu leo, qualis eris?

XIII, 16.

RAPA.

Haec tibi brumali gaudentia frigore rapa
quae damus, in caelo Romulus esse solet.

XIII, 127.

CORONA ROSEA.

Dat festinatas, Caesar, tibi bruma coronas:
quondam veris erat, nunc tua facta rosa est.

XIV, 194.

LUCANUS.

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam:
sed qui me vendit bibliopola, putat.

XII, 10. l. milies, nl. centena milia HS., 10 millioen gulden.

XII, 92. l. Prisce: gefingeerde naam; uit vs. 4 blijkt, dat hier iemand voorgesteld wordt, die laf van aard is.

XIII, 16: Bij Seneca in de Apocolocynthosis 9, 5 stemt Hercules vóór het voorstel om keizer Claudius onder de goden op te nemen, „cum sit e republica esse aliquem, qui cum Romulo possit ferventia rapa vorare." Romulus zet in den hemel zijne eenvoudige levenswijze voort.

XIII, 127. l. festinatas: de rozen waren in de keizerlijke broeikassen gekweekt, naar het schijnt.

XIV, 195.

CATULLUS.

Tantum magna suo debet Verona Catullo,
quantum parva suo Mantua Vergilio.

XIV, 208.

NOTARIUS.

Currant verba licet, manus est velocior illis:
nondum lingua suum, dextra peregit opus.

XIV, 195. Catullus: zie pag. 55.
XIV, 208. Notarius: de notarius is een stenograaph, die allerlei notae gebruikt, om het gesproken woord snel te kunnen opschrijven. Deze kunst was te Rome reeds in Cicero's dagen bekend.

DECIMUS IUNIUS IUVENALIS

GEB. OMSTR. 50, GEST. ONGEV. 130 NA CHR.

SATIRA III.

HET LEVEN IN ROME.

Umbricius, een vriend van Iuvenalis, gaat Rome met der woon verlaten om zich in Cumae, in Campanië, te vestigen. De reden waarom hij dat doet verhaalt hij aan zijn vriend. Zoo vindt de dichter gelegenheid eene uitvoerige schildering te geven van het zedelijk verval, dat hij in 't leven in de stad opmerkte.

Quamvis digressu veteris confusus amici
laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis
destinet atque unum civem donare Sibyllae.
ianua Baiarum est et gratum litus amoeni
secessus. ego vel Prochytam praepono Suburae.
nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
deterius credas horrere incendia, lapsus
tectorum adsiduos ac mille pericula saevae

2. vacuis .. Cumis: Cumae was door Puteoli overschaduwd en werd in den keizertijd als eene stille en rustige plaats geprezen. — **3.** Sibyllae: de Sibylle, profetes, van Cumae, onder anderen bekend uit de sage van Tarquinius Priscus. — **4.** ianua Baiarum: Baiae, voor de Romeinen de aantrekkelijkste badplaats, behoorde tot het gebied van Cumae. Van Rome komende ging men door Cumae naar Baiae. — **5.** Prochyta, een klein, onvruchtbaar eilandje aan de golf van Napels. — Suburae: Subūra was het drukste gedeelte van Rome, ongeveer in 't midden der stad, ten oosten van het Forum. — **7.** incendia: het oude Rome werd dikwijls door brand geteisterd; branden breidden zich gemakkelijk uit en waren gevaarlijk door de vele houten uitbouwsels aan de huizen en de nauwe straten. — lapsus tectorum: evenals tegenwoordig in onze groote steden waren ook in Rome onder de keizers de huurhuizen meestal door speculanten en dus zeer slecht gebouwd. De muren bestonden dikwijls uit een netwerk van balken met steenen aangevuld, de bovenste

urbis et Augusto recitantes mense poetas?
sed dum tota domus raeda componitur una,
substitit ad veteres arcus madidamque Capenam.
hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae,
nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis, quorum cophinus fenumque supellex —
omnis enim populo mercedem pendere iussa est
arbor et eiectis mendicat silva Camenis —.
in vallem Egeriae descendimus et speluncas
dissimiles veris. quanto praesentius esset
numen aquis, viridi si margine cluderet undas
herba nec ingenuum violarent marmora tofum!
hic tunc Umbricius „quando artibus" inquit „honestis

---

